

LANCILOTTI
CONRADI,
IVRECONS. LAVDENSIS,
SVAE AETATIS CLARISSIMI

Prætorium, & Curiale Breuiarium, Iuris studiosis, Tironibus, Consulentibus, Iudicibus, Legum professoribus, causarum patronis, ac denique omnibus in foro versantibus: Opus satis utile, & per quam necessarium.

ACCESSIT DEINDE EIVSDEM AVTHORIS
LIBELLVS

De Decurionibus.

Cum sum marijs & indice locupletissimis.

CVM PRIVILEGIIS.

*Gift from my
brother*



VENETIIS,
APVD IOAN. BAPT. SOMASCVM,
M D LXIII.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM
FOL. SOC.



LANCILOTTI

CONRADI IVRECONSULTI

PRAECLARISS. LAUDENSIS

PRAETORIVM ET CVRIALE BREVARIUM.

De pratoris Institutione.

SVMMARIVM.



RAETORIS, no-
men, natio modo, est re-
ceptum.
Prator, omnis magistra-
tus est dictus; sic etiam
Imperator cui pareret
exercitus.

- 2 Pratores aliqui duci, quibus provincie de-
mandata erant.
- 3 Prator urbanus, Rome creature, ius dicens; in-
de peregrinus, & ibi unde dictus, & eius po-
testas & nu 4.
- 4 Pratoris Romanis, insignia.
- 5 Pratores nostri temporis, an & quando con-
veniant, cum antiquis.
- 6 Pratores nostri temporis, an habeant merum
imperium, & mixtum. nu. 7.
- 7 Pratorum nomen generale est, ad omnes iu-
dices: hodie Potestates terrarum discuntur.
Item dicti Rectores, Patres, & defensores
civitatis.
- Defensores ciuitatis, & magistratus munici-
pales, insimi magistratus sunt.

- 8 Magistratus municipales, dicuntur decuriones
Potestates terrarum, ordinary iudices sunt
& quis dicitur ordinarius.
- 9 Potestas interuditus, esse potest: rectius iure
constituitur.
Philosophandi ratio triplex; De moribus; De
nature; De differendo.
- 10 Aduocatus ignoratus legum repellitur.
Prator, vel magistratus, qualis eligendus, vel
Iustus, vel Nobilis, vel Dives.
Doctoratus insignia declarantur.
- 11 Doctoris insigniss. & habitu, non semper ne-
cessit utri; secundum Bar. decet ramen.
- 12 Toga apud romanos, multiplex fuit; ut hic de-
scribitur.
- 13 Prator habet sceptrum, in signum iurisdictio-
nis; item & tribunal.
Maiestas alia Divinitat; alia Imperatoria; Re-
gia; & Pretoria.
Prator representat personam principis.
- 14 Prator ciuitatis, inter clarissimos constituitur.
- 15 Pratoris officium, Biennio clauditur.
- 16 Defensoris ciuitatis officium, quinquennale
erat.
- 17 Administratio propria parva, nulli iniuffo
principes, permitti ut.

claratione non secuta, tunc licet terminus, & lapsus, inquisitus non habetur pro confessio, saltem irreuocabiliter, quia Statutum debet intelligi sane, scilicet non ipso iure, sed per sententiam, ut expresse uult glo. 1. in l. 1. §. quod si actor. C. de iuram. calum. ubi Bar. & ita secuta condemnatione, procedit Doct. Bar. in J. diuus. ff. de custod. & exhib. re. de qua suprà. nu. 5. & 8. & Paul. Castr. sequitur etiā Marsili. in §. aggredior. nu. 105. in Practic. crim. Si ad propositum, inquit Bal. in l. 1. col. 5. num. 13. vers. sequitur uidere. C. de hæred. instit. Bannitum per contumaciam propter cognitionem delicti, cum publicatione bonorum, statuto tempore a lege, uel a consuetudine, uel a iudice, ad se purgandū, eo tempore transacto, nihilominus posse purgare contumaciam, obediendo, & restituendo expensas, & hoc quantum ad Bannum, ut de delicto postea cognoscatur, & diffiniatur, sed non posse recuperare bona, sicut in annotato dicitur in l. 2. & 3. C. de requir. re. Idem ut post bannum, ille qui habetur pro conuicto, & confessio, per statutum, admittatur ad probandum contrarium, de innocentia sua, not. Doct. in l. his qui. præcipue Ias. num. 6. C. qui test. fac. pos. & ideo Decius etiam post Bal. Ioan. Anan. Alex. & Innocen. & Bart. Veron. eleganter inquit cons. 452. in filicet statutum præ-

cise loquatur, ita quod Bannitus habetur pro confesso, conuicto, & condemnato, etiam ad mortem, & mandet executionem debere fieri, quod est obseruandum; Sicq; talia Banna, sunt mortalia, tamen non excludunt exceptionem Innocentie, quia a Statuto tolli non potest, quia est de iure naturali. Quo circa hic ex Constitut. Dominij Mediolani, abundantius etiā secuta condemnatione, cauetur, in tit. de accusationib. cap. ult. circ. fi. licet a Sententia diffinitiva, seu interlocutoria, criminali, nō detur appellatio, que relata, nec nullitas, nec restitutio, nec aliud remedium, mittiturq; omnino executioni; nihilominus considerata natura criminis, indicijsq;, ac diuturnitate temporis, Senatus petenti novas defensiones, quandoque concede-re, uel negare solet. Sed ubi cōcedat, non tamen rescriptum, eo modo concessum, locum habet, quo ad bona, lapsi anno, a die sententiae: Nec tunc iudices in consulto senatu, ad torturam, deuenire possunt. Quod autem Bannum faciat indicium, ad torturam, diximus suprà, hoc. §. in rub. de negatione criminis, & tormentis. nu. 2. cum declaratione etiam. nu. 23. Banniti, & damnati, quandoque etiam a Principe restituuntur, de quibus suprà. c. 1. §. 4. versi. Decimo septimo. dicta sunt aliqua.

F I N I

S.

VENETIIS, apud Ioan. Bapt. Somascum
Papiensem, M D L X I I I .

LANCILOTTI
CONRADI,
IVRECONSULTI CLARISSIMI
LAUDENSIS.

D E C V R I O.

Cum Priviliegij.



VENETIIS,

APVD IOAN. BAPT. SOMASCVM,

M D L X I I I.

- 112 Antiquior in dignitate prefertur.
 113 Senior collegii, de iure est prior ordinis, & super excellenti virtute, est obediendum.
 114 Resp. ex pluribus rectis constans, Laudatur.
 Romana resp. observatur, & constitutio, & Venetorum.
 115 Rerum publicarum conservatio, multis modis demonstratur, ex Arist. institatis finis, est bene vivere.
 116 Regie potestatis, vel Tyranni, illam simulat, conservatio, ex pluribus sit.
 117 Magistratus in ciuitate, quot, & quales esse debeant, ex Aristot.

CAPVT. X. DE DECURIONIBUS.



ECVRIONES
de cimum, & ultimum locum, in administratione suae ciuitatis munera obeuntes, obtinebant, prudentia, &

- 1 grauitate sua, præstantiores, & eo nomine appellati, quod initio, Coloniæ cum deducerentur, decima pars eorum, qui deducerentur, consiliij publici gratia, conscribi solita sit. l. pupillus. §. decuriones. ff. de uer. sig. ubi Alciat. glo. in rub. C. de decurionib. lib. X. ubi Io. platea, a deca, quod est decem, dictos comprobat: atq; subdit, ex universitate tota, fuisse electos centum probiores, & ex illis centum, poltea electos decem, qui essent Decuriones, † in quorum locum, successerunt hodie, consiliarij Ciuitatum, secundum Bar. & Io. Plat. ibi, & Alex. conf. 17. nume. 1. uol. 6. & conf. 40. nu. 1. uol. 7. Quæ ego intelligenda puto, ita ut talis electio fieret, ut deductorum in colonias, decima pars eligetur d. §. decuriones. Atq; non improbo, eos consiliarios vocatos, ex quo consiliii publici gratia, electio siebat, 3 ex probioribus, † Vnde & suæ ciuitatis, seu curiæ, Senatoriem, si sic dici

oportet, principalem, aut decurionem nuncupauit Imp. in l. omnes judices. C. de decurionib. lib. X. quæ comprobantur ex Cicerone in oratione, pro Sest. & ijdem etiam uidetur esse, quod curiales. l. ad subeunda. C. eo. ti. & per Pile. ibi in rub. licet glo. curialem genus, decurionum speciem, esse uoluerit. Procuratores reip. etiam uocati sunt decuriones. l. procuratores. C. eo. tit. ubi Io. Plat. qui in fi. etiam Pa tres ciuitatis, appellatos tradit. l. qui conditioni in fin. C. de his qui. mun. spon. suscep. ubi idem Plat. etiam eos Curatores dixit. Item & Principes dictos, tradit Martin. lauden. meus, in tractat. de consiliarijs, principem. q. 11. perl. 1. C. si quacunq; præd. potes, quæ tamen non probat. Apud aliquas ciuitates, Priors, Antiani, Præfidentes; Deputati, Sapientesq; etiam appellati sunt Decuriones. Item & Camerarij, ut per Bar. in l. ambitiosa. col. 2. ff. de decret. ab ordin. faciē. Itē Ordines Ciuitatum. l. omnes, & seq. C. de oper. pub. Nosq; esse Magistratus Municipales, declaravit erudite Alcia. d. §. decuriones, & locupletius Dispunctionum lib. 3. c. 5. Azonem, & Odofredum mordens, uti in hoc male sentientes, quæ retulimus suprà. c. de prætore. in prin. num. 8. idem tenet Alciat. in c. quod sedem. pag. 544. nu. 69. & alibi, & Io. Olden. in tract. de usucaption. in rub. de munerib. & honorib. num. 2. Alciatus etiam ex decurionibus, Duumuiros fuisse tradit, de qua redicemus in seq. nu. 65. † Ex censu centum millium numerum, etiam quis indicabatur decurio, ut lib. 1. epistolarum. Plinius iun. docet. Quam summam, nostratis pecuniae, aureorum duorum millium, & quingentorum fuisse, ostendit Alciat. in d. §. decuriones. At trecenta milia numum, quæ accipitur ea ratione, pro septem mille, & quingentis aureis, adimplebant